



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iohannis Scheffleri S. R. Eccl. Presbyteri Concilium
Tridentinum antè Tridentinum**

Angelus <Silesius>

Nissæ, 1675

Articuli Quinti, Punctum Quartum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42264

Artic: V. Punctum IV.

per industriam liberi augeatur
arbitrij, nunquam remoto adju-
torio DEI, sine quo nec profice-
re, nec permanere in bono quis
quam potest.

Articuli Quinti,

Punctum Quartum.

Nallum hominē solā fide, vel
solā imputatione justitiæ Chri-
sti, aut solā remissione peccato-
rum justificari, exclusā scilicet gra-
tiā & Charitate, quæ in corde i-
pſius per Spiritum sanctum dif-
funditur, atque illi inhaeret: gra-
tiam quoque quā justificamur,
non esse tantum favorem DEI.

Verba Concilij.

Sess. 6. Can. 9. & II.

Si quis dixerit impium justifi-

cati

Concilij Trid: antè Trident.

*cari solâ fide, vel solâ imputatio-
ne justitiæ Christi, vel solâ pecca-
torum remissione, exclusâ gratiâ
& Charitate, quæ in cordibus eo-
rum per Spiritum sanctum diffun-
datur, atque illis inhereat, aut e-
tiam gratiam quâ justificamur esse
tantum favorem, D E I, anathe-
ma sit.*

Ignatius Epist: ad Ephes. Prin-
cipium vitæ fides, finis ejusdem
charitas. Ambæ autem simul
junctæ in unitate factæ D E I ho-
minem perficiunt.

Origenes Tract: 32. in Matth.
Qui profitentur quidem fidem
in Jesu, non autem præparant se
bonis operibus ad salutem, assi-
milantur Virginibus fatuis.

Gregorius Nazianzen: Orat: 40.
*in S. Baptisma. Decimo ac po-
stremo*

Artic: V. Punct: m IV.

stremo loco super hoc dogmatū
fundamento bona opera extruē:
quando quidem fides sine ope-
ribus mortua est, quemadmodū
& opera si fides absit.

*Gregorius Nyssenus homil 8. in
Ecclesiast.* Cūm Apostolus cum
fide connexuisset & contexuisset
justitiā, per ea armatum munit
thorace, rectè & tutè per utrūm-
que militi pectus muniens. Non
potest enim fieri, ut alterum ab
altero disjunctum, ex se tuta pre-
beat arma ei, qui ipsa tractat.
Neque enim fides absque operi-
bus justitiæ sufficit ad servandū,
neque rursus vitæ justitia per se
tuta est ad salutem, si sejuncta sit
fides.

S. Chrysof: homil: 52. in Matth:
Verè fatui sunt omnes homines,
qui

Concilij Trid: antè Tridēt.

qui hoc solùm existimāt sibi posse sufficere ad salutem, quia credunt in Christum, & Christiani dicuntur, & non festinant semetipsum bonis operibus commendare, nec audiunt S. Jacobum dicentem, quia fides sine operibus mortua est.

S. Chrysof: homil. 9. in Joann:
Ad animæ puritatem servandam non satis est baptisari duntaxat & credere: sed si perpetua eâ frui munditiâ & pulchritudine volumus, dignam se vitam exhibere oportet. Nolimus igitur, nolimus inquam, dilectissimi fidem nobis ad salutem satis esse existimare. Nam nisi vitam puram exhibuerimus, ex hac cœlesti vocatione digna nos induerimus vestimenta, quibus ad nuptias
admitte

Artic: V. Punctum IV.

admittamur, nihil nos eripiet,
quin eodem, quo miser ille, affi-
ciamur supplicio. *vide eundē ho-
mil 30. in Joannem.*

*Idē S. Chrysoft: homil: 1. in c. 1.
ad Ephes. ad ill. verb: ut laudetur
gloria gratiæ suæ &c. Quā (gra-
tiā) gratiosos nos reddidit, in-
quit: non dixit, quam largitus
est, sed quā gratiosos nos reddi-
dit. Hoc est: non solum pecca-
tis liberavit, sed & dilectos ami-
cos efficit. Quemadmodum e-
nim, si quis scabiosum quendam
peste morbo, senio, paupertate,
pariter ac fame corruptū nactus,
formosum, mox adolescentem,
reddat, qui quosvis venustate su-
peret, vehementem splendorem
ex genis emittat, ipsaque fulgura
oculorum repercussionibus ob-
scurer,*

Concilij Trid: antè Trident.

scuret, quem deindè & in ipsum
ætatis florem constituat, atq; in-
super & purpurâ, & omnigeno
mundo vestiât, atque exornet:
non aliter animam nostrâ DEUS
& elaboratam, & pulchram, &
desiderabilem ac dilectam red-
didit.

*Philo Carpathius in Cantic: ad
illa verba: Pulchra es dilecta:*
Fides integerrima, spes firmissi-
ma, sincera charitas necessariae
sunt sponsæ, & cuicumque fidei
animæ, si victrices adversus cal-
lidissimos hostes evadere con-
tendunt.

*Theophylactus in 1. Epist: ad Co-
rint: c. 6.* Cùm essetis his, quæ
antea diximus, vitijis inquinati;
ab his tamen nos mundiores ef-
ficat, & labe tam tetra abstergit.
Neque

Artic: V. Punctum IV.

Neque id modo, quin & vos ille sanctificat, quo pacto? justificando inquit. Cùm enim prius vos abluisse, & justitiã condonasset, mox & sanctimoniam contulit, nec in hujus illiusve nomine, sed Christi duntaxat. In Spiritu sancto, hoc est, Trinitas hæc omnia vobis largita est.

Cyrillus Alexandrin: lib: 10. in Joann. cap. 18. Qui verbis nudis Christum confitentur, sed mandatorum observatione, id est, charitate ad perfectionem non conformantur, quamvis Christo fide inhæreant, in eoq; hac ratione maneat, verba tamen ejus non habent. Non oblici quidem illi prædicationis Evangelicæ, sed illecebris voluptatum capti, Spiritus gratiam abijciant. De quib⁹
Salva-

Concilij Trid: antè Trident.

Salvator ait: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, introibit in regnum coelorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, Quod autem fides ad salutem non sufficiat, Christi etiã discipulus ostendit, scribens: Tu credis, quia unus est Deus, dæmonia etiam credunt & horrescunt. Si ergo fides sola sufficeret, multitudo dæmonum perire non posset. Quare oportet ad fidem opera charitatis accedere. Nam qui sic facit, is & in Christo per fidem manet, & in corde suo verba ejus conservat.

S. Hieronymus ad c. 25. Matth.
Oleum habent Virgines, quæ juxta fidem & operibus adornantur. Non habent oleum, qui videntur simili quidem fide Dominum
confi-

Artic: V. Punctum IV.

confiteri, sed virtutum opera
negligunt.

Epist: 27. ad Eustoch. cap. 14.

Vale ô Paula, Fides & opera tua
Christo te sociant: præsens faci-
lius quod postulas impetrabis.

S. Ambrosius lib 2. de offic: c. 2.

Habet ergo vitam æternã fides,
quia fundamentum est bonum.
Habent & bona facta, quia vir
justus & dictis & rebus probatur.

S Chrysof: homil: 14. in Joan:

Non hæc nobis duntaxat gratia
data est, venia scilicet peccato-
rum: sed justitia, sanctificatio,
adoptio, Spiritûs sancti gratia,
longè clarior, longè uberior: ad
hæc & alia major, hoc est, à spi-
ritu & reconciliatione fiducia.

Idem homil: 70. in Matth. Ne

fideles solâ fide salvari posse cõ-
fidant,

Concilij Trid: antè Tridēt.

fidant, de poena malorum disse-
rit, Ita infideles ad fidem, fide-
les verò ad rectè vivendum co-
hortantur.

S. Augustinus de fide & operib.
cap: 14. Jam illud videam⁹, quod
excutiendum est à cordibus re-
ligiosis, ne malâ securitate salu-
tem suam perdant, si ad eam ob-
tinendam sufficere solam fidem
putaverint, benè autem vivere,
& bonis operibus viam DEI te-
nere neglexerint &c. Cùm ergo
Apostolus dicit, arbitrari se ju-
stificari hominem per fidem sine
operibus legis: non hoc agit, ut
perceptâ ac professâ fide opera
justitiæ contemnantur: sed ut
sciat se quisque posse per fidem
justificari, etiamsi legis opera nō
præcesserint. Quoniam ergo
hæc o-

Artic. V. Punctum IV.

hæc opinio tunc fuerat exorta,
aliæ Apostolicæ Epistolæ Petri,
Joannis, Jacobi, Judæ, contra
eam maximè dirigunt intentio-
nem, ut vehementer astruant, fi-
dem sine operibus nihil prodes-
se: sicut etiam ipse Paulus non
quamlibet fidem, quâ in DEUM
creditur; sed eam salubrem pla-
néq; Evangelicam definivit, cu-
jus opera ex dilectione proce-
dunt: Et fides, inquit, quæ per
dilectionem operatur. Unde illam
fidem, quæ sufficere ad salutem qui-
busdam videtur, ita nihil pro-
desse asseverat, ut dicat: si habeam
omnem fidem, ita ut montes
transferam, charitatem autem
non habeam, nihil sum.

*Idem in Psal: 98. Debemus &
nos habere iudicium, debemus
habe-*

Concily Trid: antè Trident:

habere justitiam: sed ille in vobis facit iudicium & justitiã, qui nos facit in quibus faceret. Laudemus & exaltemus illum, qui fecit ipsam justitiam, quam habemus ipse in nobis fecit. Quis enim in vobis fecit ipsam iustitiam, nisi qui nos justificavit. De Christo autem dictum est, qui justificat impium. Nos ergo impii, ille justificator, quando & ipsam justitiam ipse in nobis fecit, quã illi placeamus.

Idem lib: de Spir: & litt: c. 18.

Hanc autem, id est novum Testamentum, ministratiõem Spiritûs & ministratiõem justitiæ dicit, quia per donum Spiritûs operamur justitiam, & à prævaricationis damnatione liberamur. Et id ipsum attēde quem

admo

Artic: V, Punctum IV.

admodum inculcet. Habemus
autem, inquit, Thesaurum istum
in vasis fictilibus, ut eminentia
virtutis sit DEI, & non ex nobis.
Et paulò post, cum eandem gra-
tiam uberius in Domino J E S U
Christo commendans, usque ad
illud veniret indumentum justi-
tiæ fidei, quo induti nō nudi in-
veniamur, & propter hoc inge-
miscimus mortalitate prægrava-
ti, habitaculum nostrum quod
de cælo est superindui cupientes,
ut absorbeatur mortale à vita,
vide quid adjungat. Qui autem
operatus est nos, inquit, in hoc
ipsum DEUS qui dedit nobis pi-
gnus Spiritûs. Et post pauca in-
tulit, ut nos simus justitia DEI
in ipso. Hæc est illa justitia DEI,

H non

Concilij Trid: antè Trident.

non quâ ipse justus est, sed quâ nos ab eo facti.

Idem ibid: c. 27. Et quia non est distinctio, egent gloriâ Dei justificati gratis per gratiâ ipsius. Quâ gratiâ interiore homine renovato justitia scribitur, quam culpa deleverat.

Idem ibid: c. 32 Unde ergo illa dilectio, id est Christus, per quam fides operatur, nisi unde illa fides ipsa impetravit? Neque enim esset in nobis quantacumq; sit in nobis, nisi diffunderetur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Caritas quippe Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non quâ nos ipse diligit, sed quâ nos facit dilectores suos, sicut justitia Dei, quâ justus ejus manere efficimur:

& Deo

Artic: V. Punctum IV.

& Domini salus, quâ nos salvos facit: & fides J E S U C H R I S T I, quâ nos fideles facit. Hæc est justitia D E I, quam non solum docet per legis præceptum, verum etiam, dat per Spiritus donum.

Idē S. Augustin: de grat: & lib: arbit: cap. 8. Apostolus cum dixisset, gratiâ salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed D E I donum est, non ex operibus, ne fortè quis extollatur: vidit utique putare posse homines hoc ita dictum, quasi necessaria non sint opera bona credentib⁹, sed eis fides sola sufficiat: & rursus posse homines de bonis operibus extolli, velut ad ea facienda sibi ipsi sufficiant, mox itaq; addit: ipsius enim, sumus figmentum, creati in Christo J E S U

H 2 in opo

Concilij Trid: antè Tridēt.

in operibus bonis, quæ præparavit DEUS, ut in illis ambulemus.

Idem lib: de hares. hares. 54.

Ætius fertur etiam usq; adeò fuisse bonis moribus inimicus, ut asseveraret, quod nihil cuique obesset quorumlibet perpetratio ac perseverantia peccatorum, si huius quæ ab illo docebatur fidei particeps esset.

Idem de verb: Apst: serm: 16. Si

dixerimus quia justitiæ nihil habemus, adversum DEI donamentumur.

Gregorius Mag. l. 33. moral. c. 7.

Nemo sibi fidem sine operibus sufficere posse cōfidat, cū scriptum sit: Fides sine operibus otiosa est.

Arti.